

notum facimus universis has presentes litteras | inspecturis, quod nos de consilio prelatorum et fidelium ecclesie nostre venerabili in Christo patri domino Gerhardo sancte Moguntine sedis archiepiscopo, sacri imperii per Germaniam archicancellario promissimus et promittimus per presentes, quod in negotio inter serenissimum dominum nostrum Albertum Romanorum et illustrem principem Philippum Francie reges moto cum ipso domino archiepiscopo Moguntino stabimus et constanter manebimus et ipse nobiscum. Et quicquid turbacionis vel adversitatis, commoditatis vel utilitatis ex parte ipsius domini nostri regis Romanorum vel sedis apostolice vel alias qualitercumque occasione predicta ipsi domino archiepiscopo et nobis acciderit vel evenerit, super eo nos eidem domino archiepiscopo sub nostris usque ad terram suam et in terra eius sub suis expensis et ipse nobis sub eodem modulo expensarum vice versa invicem assistemus fideliter et constanter, potenter et patenter consiliis et auxiliis oportunis, quandocumque alter nostrum ab altero super hiis fuerit^a requisitus. Verum quia tenor litterarum inter dictos reges confectarum sapit manifeste dilapidacionem imperii, nec salvo nostro iuramento, quo domino nostro regi predicto et imperio sumus astricti, huiusmodi litteris et tractatibus inter ipsos reges preconceptis consentire possumus vel debemus, prout iurisperiti sentiunt et nos ac idem dominus Moguntinus et alii principes, videlicet venerabiles patres domini . . Leodiensis, . . Cameracensis et . . Tullensis ecclesiarum episcopi ex dictis litteris cavillosis et preiudicialibus imperio oculata fide videmus, extraximus, enuclivimus et sentimus, promissimus eidem domino G(erhardo) archiepiscopo Moguntino, quod huiusmodi tractatibus et placitis predictorum regum propter dilapidacionem et alienationem bonorum imperii, quas^b per ea fieri debere ex coniecturis verisimilibus et ex causis precedentibus formidamus, quocumque modo nostrum non adhibebimus consensum tacitum vel expressum. Que omnia et singula promissimus idem dominus archiepiscopus et nos ad invicem fide prestita corporali, interposito iuramento quoad vixerimus facere et inviolabiliter observare; salvis aliis ligamentis et pactis inter nos, predecessores nostros

a) 'er' auf Rasur. b) 's' auf Rasur.

Boemund gedenkt die Urk. nicht. Der Protest geschieht öffentlich, wie schon die Gesta erzählen, und zwar noch vor dem Abschluss des Vertrages, der vom 8. Dec. datiert ist und bekanntlich 'certa impedimenta' erwähnt, die die Zustimmung der Kurfürsten verhindert hätten.